



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Animam illuminant quinq[ue].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

Sap. 61. uidelicet malagma sanauit eos &c.
 Quintum est in se peccantis remis-
 sio. Vnde apud Lucam legitur. Di-
 mittite, & dimittetur uobis, &c.
 Luc. 6.
 Sextum est, deuota oratio. Veluti
 Psal. 29. deuotè Dauid orabat dicens. Domi-
 ne deus meus ad te confugi & sana-
 sti me. &c. Septimum est misericor-
 diae exhibitio, ueluti nos Esaias in-
 fruens dicebat. Cum uideris nu-
 dum, operi eum, & carnem tuam ne
 Esai. 80. despexeris, tunc erumpet quasi ma-
 ne lumen tuum, & sanitas tua ci-
 tius orietur.

*Animam illuminant
 quinque.*

Luc. 18. **P**rimum est fides. Apud Lu-
 cam dicitur. Respice fides tua
 te saluum fecit. Vnde Augu-
 stinus dicit. Fides est illuminatio
 August. mentis, quæ illuminatur à prima
 luce ad uidendum bona spiritualia.
 Io. 9. Secundum est humilitas. Vnde
 Christus dicebat. Ego in iudicium
 ueni in mundum, ut qui nō uident,
 idest, qui uidere se haud extimāt,
 quod est humilium, uideant, & qui
 uident, quod est superborum, cæci
 fiant. Tertium est dilectio. Vnde

dicitur in Apocalip. Collirio inun- **Apoc. 3**
 ge oculos tuos ut uideas. dilectio
 enim proximi purgat oculum ad ui-
 dendum Deum. Et quantum una-
 quæque anima lata fuerit in amo-
 re proximi, tantum alta erit in co-
 gnitione dei. Quartum est, effu-
 sio lacrymarum, hoc significatum est
 in cæco nato, qui lauit oculos in
 Natatoria Syloe, abiit ergo & la- **Ioan. 9.**
 uit, & uenit uidens. Vbi sane la-
 crymæ fuerint, ibi spiritualis ignis
 accenditur, qui secreta mentis il-
 luminat. Quintum est sacrarum
 scripturarum deuota auditio. Vn- **Esa. 29.**
 de Esaias ait. In die illa audient
 surdi uerba libri, & oculi cæco-
 rum uidebunt. Et Dauid quoque **Psa. 118**
 dicit. Declaratio sermonum tuo-
 rum Domine intellectum dat par-
 uulis &c. E contra, qui non de-
 uotè & libenter audit uerbum Dei,
 est signum obcæcations, & perdi-
 tionis. Vnde S. Gregorius dicit. **Greg.**
 Nullum adeo certum perdi-
 tionis signum, ut non
 libenter audire
 uerbum
 Dei.